K. 101,3

Yb 609

# SERIES

## COLLEGARVM INCLVTI GYMNASII FREIBERGENSIS IN MISNIA

AB A. CIƆ IƆ XIV VSQVE AD A. CIƆ IƆ CC IX

CONGESTA

A

M. GODOFREDO VVAGNERO

IVTREBOC. SAX.

---

VITTEMBERGAE IN SAXONIBVS

EX OFFICINA KREVSIGIANA

A. C. CIƆ IƆ CC IX

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0001-4

# VIRIS.

*PLVRIMVM. REVERENDO. PRAECLARISSIMIS. DOCTISSIMISQVE.*

# DN. CHRISTIANO. FRITSCHIO.

GYMNASII. OLIM. FREIBERGENSIS. RECTORI. DIGNISSIMO. NVNC. VERO. AD. DD. IOANNIS. ET. BARTHOL. PASTORI. VIGILANTISSIMO.

# DN. M. SAM. MVLLERO.

GYMN. PATRII. PRORECTORI. SOLERTISSIMO. DEXTERIMOQVE.

# DN. SAMVELI. HASSIO.

GYMN. PATRII. COLL. III. FIDELISSIMO. MERITISSIMOQVE.

PRAECEPTORIBVS. FAVTORIBVSQVE. SVIS. SVMMOPERE. OBSERVANDIS.

HOC. QVICQVID. EST. OPERAE.

D. C. Q.

M. G. VV.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0002-0

INſignia Vrbium ornamenta pariter, ac emolumenta, Scholas eſſe bene conſtitutas, nemo temere infitias ibit. Etenim ſcholae pietatis, morum, doctrinae, virtutis, ſunt officinae, in iiſque mens, optimarum rerum expers, earundem ad laudem perpolitur. Scholae profecto quaſi ſolum quoddam atque fundamentum ſunt Status Sacri, ac Reipublicae, iiſque florentibus, cetera tantum non omnia vigere conſueuerunt. At enim, ſi ſcholae creſcere debent, idoneis ſapientiae doctoribus deſtituendae non ſunt, ſed omnibus iis artibus, quibus ad humanitatem informamur, ipſas par eſt, abundare. Rebus ita conſtitutis, FREIBERGA, *Vrbs et natura, et ſitu, et pulchritudine, et incolis, et aerariis ſecturis, praeter ceteras nobilis*, vehementer ſibi gratulari poteſt. Non ſolum enim percelebri Gymnaſio hanc Vrbem, ſed Viris quoque eruditione claris omni tempore floruiſſe, conſtare exploratumque eſſe, reor. Habuit certe *Rhagios* olim, *Moſellanos*, *Sobios*, *Sbrulios*, *Riuios*, *VVelleros*, *Dabercuſios*, *Magdeburgios*, alioſque complures, qui omnem nauarunt operam, vt ex hac egregia bonarum artium ſede ac domicilio, innumerabili prope numero iuuenes, tanquam ex equo Troiano, prodirent, qui Eccleſiae, Reipublicae, totique adeo literatorum orbi, ingenti cum fructu atque ornamento praeeſſe poſſent. Fouet eadem hodieque Viros, pietate, virtute, ingenio ac eruditione, praeclaros, qui imperitis et literarum rudibus iuuenum animis pietatem ac virtutem, linguas item bonaſque artes,

nauiter inſtillant. Ac, cum, a multo inde tempore, maiores noſtri bene ac ſapienter conſtituerint, vti clarorum memoria Virorum, quam doctrina ac meritis ſibi comparauerunt, ab obliuione vindicetur, ne et horum fama penitus in hominum memoria exoleſcat, apud animum conſtitui, omnes inclyti G. F. Collegas, ab A. C. cIↄ Iↄ XIV, percenſere. ~~ſummo conatus~~. Dabitis vero, pro inſigni illa humanitate Veſtra, veniam, quod Vobis, CL. VIRI, hanc *Collegarum G. F. Seriem*, dicare ſum auſus. Nam, quotieſcunque mihi, poſt meum a Vobis diſceſſum, dulciſſima ſuauiſſimaque in mentem *Freiberga* venit (venit autem ſaepiſſime) toties ſingularem prope beneuolentiam et amorem, quibus me meaque ſtudia in Gymnaſio apud Vos per aliquot annos, meorum cauſa ſtudiorum, verſantem, complecti voluiſtis, pia mente recolere conſueui. Quare, ne, pro ingentibus Veſtris in me meritis, penitus ingratus eſſe videar, non potui, quin hoc, quicquid eſt, operae, gratae mentis animique in Vos mei ſignificationem aliqua ſaltem ex parte declaratutus, AMPLISS. NOMINIBVS VESTRIS conſecrarem, idque vt meum ſtudium meliorem in partem interpretari velitis, vna et vnice a Vobis, DOMINI AC FAVTORES AESTIMATISSIMI, contendo. Quod reſtat, ſummo praepotentique Numini commendo Vos pariter, ac trado, idemque perſancte veneror, vt Te, PERQVAM REVERENDE VIR, in coetus diuini emolumentum, Voſque, CL. VIRI, in Patriae Scholae ſalutem atque incrementum, ſartos, tectos, nunquam non praeſtare velit! Vittembergae Saxonum, A. C. cIↄ Iↄcc IX, VII Cal. Septembr. die ipſi *Samuelis* Nomini in Faſtis ſacro.

SERIES

# SERIES
## COLLEGARVM GYMNASII FREIBERGENSIS
IN MISNIA,
AB A. C. CIↃ IↃ XIV,
VSQVE AD A. CIↃ IↃ CCIX.

---

# LECTORES ET RECTORES.

IOANNES RHAGIVS, Aeſticampianus (Sommerfeldius) Luſatus, S. Theol. Doctor, Rhetor et Poeta eximius, literarum item in Miſnia inſtaurator celebris, Lipſiam A. CIↃ IↃ XIII veniens, Graecas Latinaſque literas ibi docebat. Sed, cum eam ob cauſam multi maleuoli inuidique, et in primis Monachi, literarum tum temporis plane expertes, ingenti prorſus odio eum proſequerentur; Rhagius in ius vocatus et ex vrbe fuit expulſus. Ipſe vero Rhagius, aequo haec ferens animo, tritumque illud ſecum reputans, *artem non habere oſorem, niſi inertem*; A. CIↃ IↃXIV Freibergam venit, Gymnaſioque eodem anno, conſilio D. Vlrici Rhulenii, Calba Saxonis, conſule Vrbis regente et Phyſico, ibidem inſtaurato, primum bonas literas, quae tum in tenebris iacebant, ibi docere coepit. Sed A. CIↃ IↃXVII Vittembergam adiit, † ibidem A. CIↃ IↃ XX, prid. Cal. Iun. aet. LX. Vid. Ioannes Bocerus, (a) D. Andr. Mollerus, (b) Excell. Ioannes Burch. Menckenius, (c) et CL. M. Petrus Iaenichius. (d)

PE-

(a) *In Carm. de Freiberga.* (b) *in Theatro Freiberg. Chron P. I, p. 285, ſqq.* (c) *in diſp. de Graec. et Lat. Liter. in Miſnia Inſtauratoribus Lipſ. A. CIↃ IↃCCI hab. §. 17 et 23.* (d) *in Conſp. Luſ. Lit. Diſſ. IV, A. CIↃ IↃCCV, Vittemb. hab.*

PETRVS SCHADE, cognomento *Moſellanus*, Protegenſis Treuir, iuuenis ſui Seculi incomparabile decus, et magni illius Camerarii Praeceptor, A. cIↃ IↃxv, G. F. Graecarum literarum deſignatus eſt Lector primus, tum, A. cIↃ IↃxvii, Lipſiam, vt easdem ibi literas doceret, extra ordinem Profeſſor eſt vocatus, A. cIↃ IↃ xx, iuſſu Georgii, Saxoniae Ducis, Magiſter creatus, atque in ordinariorum numerum eſt Profeſſorum receptus. † A. cIↃ IↃxxiv, aet. xxxi. Epigramma μονόστιχον tale reperitur in ſepulcro ipſius,

ΜΙΚΡΟΣ ΕΗΝ ΡΩΜΗΝ ΟΥΤΟΣ
ΓΝΩΜΗΝ ΔΕ ΜΕΓΙΣΤΟΣ.

Vid. Bocerus, (a) Dauid Chytraeus, (b) Iuſtinus Goblerus, (c) Melchior Adami, (d) D. Mollerus, (e) D. Menckenius. (f)

M. IACOBVS SOBIVS, Colonienſis Vbius, A. cIↃ IↃxvii, Lector G. F. Vid. Bocerus, (g) D. Mollerus, (h) D. Menckenius. (i)

RICHARDVS SBRVLIVS, Foroiulienſis, Italus, vir et Poeta minime vulgaris, Lector G. F. Vid. Bocerus, (k) D. Mollerus, (l) D. Menck. (m)

IOANNES RIVIVS, Atthendorienſis VVeſtphalus, Philologus et Theologus inſignis, inſtaurator ille ſcholarum in Miſnia, A. cIↃ IↃxxxvii Rector G. F. vocatus, huic muneri per triennium fere praefuit, poſtea magiſter morum Ducis Saxoniae, Auguſti, Ioannis item Mansfeld. Comitis, ex quibus priorem, vna cum Mauritio, Saxoniae Duce, iam antea Frei-

bergae

(a) *d. l.* (b) *In Saxonia Lib. IIX, p. 23.* (c) *in P. Moſ. vita ad Ioannem Fichardum.* (d) *in Vitis Germ. Philoſ. p. 26, ſqq. ed. in fol.* (e) *d. l. p. 287.* (f) *d. l. §. 24.* (g) *d. l.* (h) *d. l. p. 290.* (i) *d. l. §. 24.* (k) *d. l.* (l) *d. l. p. 291.* (m) *d. l. §. 23.*

bergae in publica Schola inſtituerat, cum iiſdem profectus Lipſiam A. CIↃ IↃ XL. Antequam vero Freibergam veniret *Riuius*, Annaebergae, Mariaebergae, Snebergae, literas docuit iuuentutem. Conſtitutus tandem, vbi veniſſet Miſenam, Conſiliarius Electoris in rebus ſacris et Conſiſt. Aſſeſſor, Inſpector item ſcholae illuſtris Miſenenſis, † lue peſtilenti A. CIↃ IↃ LII, Cal. Ian. Vid. G. Fabricius, (a) Bocerus, (b) P. Ieniſius, (c) Adami, (d) D. Mollerus, (e) M. Hanckius, (f) D. Menckenius. (g)

HIERONYMVS VVELLERVS, Freiberg. M. S. Theol. Doctor, ipſo D. M. Luthero Decano, Vittemb. A. CIↃ IↃ XXXV, die Crucis, renunciatus, Profeſſor autem Theologiae in G. F. ab D. Iuſto Iona et M. Georgio Spalatino A. CIↃ IↃ XXXIX ordinatus, diſceſſuque Riuii, ſemeſtri circiter ſpatio Rectoris obiens vices. Hic tandem, viribus ſenio exhauſtis, collegas ſibi aſciuit Eccleſiaſtas et Diaconos Vrbis, nominatim *M. Ioannem Schuzium*, Paſtorem Prim. ad D. Petri, qui in Iobum et Matthaeum Lectiones habuit publicas, *M. Ioannem Auenarium*, Eccleſ. Pomerid. in aede D. Virginis, qui Ebraeam Linguam docuit, (h) et *M. Samuel Iauchium*, Antiſtitem primarium, qui et ipſe Pſalmos Dauidis Ebraicos ἀναλύσει Gramm. enarrauit per integrum Annum CIↃ IↃ LXIIX. † *H. VVellerus* A. CIↃ IↃ LXXII, XIII Cal. Apriles, aet. LXXIII, poſtquam per ipſos XXII annos Theol. Profeſſor, Inſpector vero Gymn. per annos XXXII, fuiſſet. Vid.

C Chy-

(a) *In vita eius.* (b) *d. l.* (c) *in Hiſt. Annaeb. l, 20. p. 63.* (d) *d. l. p. 75, ſqq.* (e) *d. l. p. 292, ſqq.* (f) *de Rom. rerum ſcript. P. 1, c. 60.* (g) *d. l.* §. 30. (h) *de quo vid. D. P. Freheri Theatr. Vir erudit. clar. p. 280.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0007-8

Chytraeus, (a) item D. Mollerus, (b) M. Chriſtoph. Frid. Laemmelius, (c) M. Reinh. Henr. Rollius. (d)

ADAMVS SIBERVS, Schoenauia Miſnicus, Poeta celebris, A. CIↃ IↃ XLI ex Prorectore Rector, poſtea A. CIↃ IↃ XLV ſcholae Hallenſis in Saxonibus, tandemque illuſtris ſcholae Grimmenſis in Miſnia, Rector, † ibid. A. CIↃ IↃ XXCIV, IIX Cal. Septembres, aet. LXVIII. Vid. I. P. Lotichius, (e) D. Freherus, (f) CL. Adolph. Clarmundus. (g)

M. VALENT. APELLES, Guben. Luſatus, A. CIↃ IↃ XLV, Philippi Melanchthonis commendatione Freibergam miſſus, cui III Id. April. Rectoris munus demandatum eſt. Poeta, Rhetor et Philoſophus, haudquaquam ſpernendus. † A. CIↃ IↃ LXXXI, ipſis Cal. Sextil. aet. LXVIII.

M. FRIDERICVS ZOERLERVS, Kittingenſis Francus, initio Prorector F. G. per XXIII annos, poſtea per decem annos Rector Dreſdenſis ſcholae, tandem, reuocatus Freibergam, Rectoris munere per quinquennium geſto, † A. CIↃ IↃ XXCVII, Prid. Cal. Febr. aet. LXV.

M. MICHAEL HEMPELIVS, Freiberg. Miſnicus, cum antea per ipſos decem annos Collega III, per tres vero ſcribae iudicialis, perque XVI annos Prorectoris, partes digne ſuſtinuiſſet, demandatam Rectoris prouinciam per XVII annos ſedulo adminiſtrauit. Tandem, laboribus prope infinitis et ſe-

nio

(a) *d. l. L. XXIII.* (b) *d. l. p. 294, ſqq.* (c) *in Hiſt. VVell. Lipſ. A. CIↃ IↃCC ed. in 4.* (d) *in Biblioth. Theol. Nobb. p. 226, ſqq.* (e) *in Biblioth. Poet. P. III, p. 59, ſeqq.* (f) *d. l. p. 1477.* (g) *in Vit. Clariſſ. in re liter. virorum P. VII, p. 121, ſqq.*

nio confectus, ſocium laboris ex voto nactus, per ſeptennium adhuc vixit, † A. CIↃ IↃ CXI, III Non. Ianuarias, aet. LXXVIII.

M. IOANNES SCHELLENBERGIVS, Grimmenſis Miſnicus, A. CIↃ IↃC III, IX Cal. Octobres, cum per nouennium Rector fuiſſet ſcholae patriae, Freibergam uocatus, per XXXIX annos idem ibi munus geſſit. † A. CIↃ IↃC XLII, X Cal. Martias, aet. LXXVII. Eo Rectore, cum exercitia Theologica paene exoleuiſſent, *D. Heluicus Garthius*, Antiſtes, vt redintegrarentur, Acroaterio renouato, habitaque a *Garthio* de Lingua Sancta oratione, publice ſingulis hebdomadibus, certa hora pomeridiana, die Mercurii, in multorum praeſentia ſacerdotum aliorumque Vrbis doctorum, lectiones ſuas *D. Garthius* auſpicatus eſt, ſingulis item menſibus diſputando, controuerſos Formulae Concordiae locos ad finem perduxit. *Garthio* tamen Pragam vocato, A. CIↃ IↃCXXIV *M. Andreas Mollerus* Ebraeae et reliquarum, quae ad Orientem ſpectant, Linguarum Lector deſignatur, ac, inſtitutis crebrioribus exercitiis Logicis et Rhetoricis, et, ſingulis cuiusque menſis Idibus, in *M. Abraami Genſreffii*, Antiſtitis, praeſentia, publice diſputatur, ſcholaſticorum quoque ita creſcit nummerus, vt Antiſtes ceterique Gymnaſii Inſpectores maioribus Claſſis principia Phyſica et Sphaerica curarent explicanda, id quod A. CIↃ IↃC XXXI factum eſſe, teſtatur ipſe Mollerus. (a)

M. DAVID. QVELMALZIVS, Freiberg. M. per ſeſquiannum Coll. III, et per triennium Prorectoris officio nauiter perfunctus, ad vacuum Rectoris lo-

 cum

(a) *d. l. p. 307.*

cum A. CIↃ IↃCXLII, Nonis Octobr. peruenit, † A. CIↃ IↃCLII, IV Cal. Febr.

OTTO APIANVS, ſ. *Bennewizius*, Freiberg. Miſnicus, celebris illius Mathematici, *Petri Apiani*, (a) ex fratre pronepos, cum per tres annos Coll. III, et per decennium Prorectoris, adminiſtraſſet munus, ipſis Cal. Mai. A. CIↃ IↃCLII, ad ornandam Rectoris ſpartam, ab Ampliſſ. Patriae Senatu delectus eſt, Anno vero CIↃ IↃCLVII ad D. Nic. vocatus Paſtor, † A. CIↃ IↃC LXX, XIV Cal. Mai.

M. NICOLAVS GREFIVS, Freiberg. M. per quinquennium Prorectoris munere peracto, faſces Rectoris A. CIↃ IↃC LVII ſuſcepit, annis quatuor tranſactis, in aede Cathedrali, A. CIↃ IↃC LXI, XI Cal. Decembr. Sacerdotis pomeridiani honorem ad D. Virginis adeptus, † ibidem A. CIↃ IↃC LXXII, M. Ian. aet. fere LII.

M. MICHAEL SCHIRMERVS, Freiberg. M. cum per biennium Prorectoris muneri praefuiſſet, A. CIↃ IↃCLXII, prid. Non. Febr. deſignatus eſt Rector, eoque munere vltra decennium functus, A. vero CIↃ IↃ CLXXII, VII Id. Febr. ſcholae vale vltimum dixit, et Archidiaconi munus, ad quod paullo ante erat vocatus, obire coepit.

M. ANDREAS BEYERVS, VValdkircha Miſnicus, poſtquam per aliquot annos Prorectoris muneri, ſummo cum diſcentium applauſu fructuque, praefuiſſet, Rectoris ipſi munus A. CIↃ IↃ CLXXII traditum eſt. Anno vero CIↃ IↃCLXXX, ſchola egreſſus, per aliquot temporis ſpatium a concionibus matutinis ad

(a) *de quo vid. P. Albini Chron. Miſn. Tit. 25, p. 350, ſqq.*

ad D. Nic. fuit, iam in eodem templo Paſtoris Primarii munus, ad quod A. CIↃ IↃCXCIX eſt uocatus, fideliſſime adminiſtrans.

M. IVSTVS GODOFREDVS RABNERVS, Sorau. Luſatus, cum in illuſtri ad Muldam Gymnaſio per XIV annos Prorectoris partes geſſiſſet, A. CIↃ IↃCXXC, Id. Mai. Rectoris prouinciam Freibergae adiit, illuſtris Miſen. Ludi poſtea A. CIↃ IↃCXCI Rector vocatus, † ibidem A. CIↃ IↃCXCIX.

M. TOBIAS LIBIVS, Freiberg. M. cum per aliquot annos Coll. III, itemque Prorectoris, munus egregie ornaſſet, Rectoris partes A. CIↃ IↃC XCII ſuſcepit. Anno vero CIↃ IↃCXCIX, Diaconi ad D. Virginis vacuam prouinciam Ampliſſ. ipſi decreuit Senatus. † A. CIↃ IↃCCIV, IIX Cal. Octobr. aet. LXII.

CHRISTIANVS FRITSCHIVS, Zoeblic. Miſnicus, Praeceptor meus ſummopere Colendus, cum primum Coll. III, deinde per ſeptennium Prorectoris, prouinciam inſigniter ornaſſet, A. CIↃ IↃXCIX Rectoris ipſi munus eſt commiſſum, quod et ſummo diſcentium fructu adminiſtrauit, A. CIↃ IↃCC V Ampliſſ. Senatus ſuffragatione ſacerdotii ad DD. Ioannis et Barthol. infulas adeptus.

M. IO. CHRISTOPH. RITTERVS, Kuniſch. prope VVurzenam Miſn. A. CIↃ IↃCCVI.

# PRORECTORES SEV CONRECTORES.

MATTHIAS MARCVS DABERCVSIVS, Rhenanus, vna cum *Io. Riuio*, cuius in Annaebergenſi Schola fuerat collega, Freibergam veniens, Prorector ibidem ac paulo poſt, ſuaſu hortatuque Riuii,

 Schne-

Schnebergae primum Rector, poſtea A. CIↃ IↃ XIII illuſtris ſcholae Miſen. Prorector, tum A. CIↃ IↃLIII ab Ioanne Alberto, Suerinenſi Pomeranorum duce, ſcholae deſignatus Rector, † A. CIↃ IↃ XXII, XIII Cal. Febr. cum ibidem per annos XX Rector fuiſſet, atque per XLV annos ſumma ſcholis dexteritate operam nauaſſet. Vid. Chytraeus. (a)

GEORGIVS FABRICIVS, Chemnicenſis Miſnicus, Conr. Rittershuſio iudice, *eruditiſſimus vir et Miſniae ſuae, vel potius univerſae Germaniae, lumen et ornamentum*, primum A. CIↃ IↃXXXVI Scholae Thomanae Lipſ. Collaborator, deinde in ſchola patria per aliquod temporis ſpatium iuuentutem erudiens, tum Prorector Gymn. Freiberg. A. CIↃ IↃXXXVIII conſtitutus, ſed A. CIↃ IↃXXXIX, in Italiam profectus, ac per aliquod tempus Paduae, antiquitatis ſtudio, commoratus, tandem A. CIↃ IↃXLVI, M. Quinctili. Rector illuſtris Afranei, quod eſt Miſenae, deſignatus, † ibid. A. CIↃ IↃLXXI, III. Id. Quinctiles. Vid. P. Albinus, (b) Matth. Dreſſerus, (c) Lotichius, (d) Adami, (e) Hanckius, (f) Tob. Magirus, Thom. Pope Blount, (g) Ioannes Alb. Fabricius, (h) Clarmundus. (i)

M. ADAMVS SIBERVS, Schoenau. Miſnicus, A. CIↃ IↃ XLI per ſeſquiannum Prorector, deinde Rector. Vid. Ser. Rect.

M. CYRIACVS LINDEMANNVS, Gothanus Tu-

*(a) d. l. L. XXIII, f. 290. (b) d. l. p. 362, ſqq. (c) in Rhetor. p. 283. (d) d. l. p. 117, ſqq. (e) d. l. p. 63. (f) d. l. P. I, p. 227, et P. II, p. 365, ſeqq. in Eponymolog. Crit. p. 336. (g) in Cenſ. celebr. auct. p. m. 514, ſq. (h) in Cent. Fabric. ſcriptis clar. p. 24, ſqq. (i) d. l. P. III, p. 157, ſqq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0012-5

Turingus, per quinquennium Prorector, ſed A. ∞ ɪɔxʟvɪɪɪ in illuſtri ad Portam Hercyniae ſchola Re ctor.

M. MARTINVS HENRICI, Brunſu. Saxo, per biennium Prorector, poſtea reuerſus in Patriam, ibidemque ſacris praefectus.

M. FRIDERICVS ZOERLERVS, Kittingenſis Francus, D. H. VVelleri precibus a P. Melanchthone A. ∞ ɪɔxʟvɪɪɪ miſſus Freibergam, vbi per annos xxɪɪɪ Prorector fuit, A ∞ ɪɔ ʟxxɪ, XII Cal. Quinctil. Scholae Dreſd. per decennium Rector conſtitutus, verum A. ∞ ɪɔ ʟxxxɪ ad Freiberg. Gymnaſii Rectoratum reuocatus. v. S. R.

M. MICHAEL HEMPELIVS, Freiberg. M. A. cɪɔ ɪɔ ʟxxɪ Prorector, deinde Rector. Vid. S. R.

M. BASILIVS ZEILINGIVS, Freiberg. M. per XVII annos Prorector, ſed A. cɪɔ ɪɔc ɪv, ob aetatis imbecillitatem, rude donatus, decennio tamen ſuperuiuens, † A. cɪɔ ɪɔcxɪv, Cal. Nouembribus, aet ʟxxɪv.

M. IOANNES EHRENBERGIVS, Pegau. Miſn. A. cɪɔ ɪɔcɪv Prorector, poſt quadriennium ad Oberbobrizenſe, A. cɪɔ ɪɔcvɪɪɪ, xɪɪɪ Cal. Quinctiles, A. cɪɔ ɪɔc xvɪɪ ad Frauenſteinenſe, et A. cɪɔ ɪɔcxxxɪv ad Oederanum, vocatus, ſacerdotium, † A. cɪɔ ɪɔcxʟvɪɪɪ, V Cal. Apriles, aet. LXX.

M. MICHAEL VHLE, Freiberg. Miſn. primum Pretſchium ad Ludimoderatoris prouinciam vocatus, inde, ab A. cɪɔ ɪɔcɪɪɪ, Annaeb. Scholae per quinquennium Rector, A. cɪɔ ɪɔcvɪɪɪ Prorector Gymn. Freiberg. verum anno ſubſequente Miſenam, ad oppidani, opinor, Rectoris officium, tandem Vittembergam, ad Rectoris Senatoriae ſcholae prouinciam, vocatus, † A. cɪɔ ɪɔcxxɪɪ extremo, medio autem quar-

to, quam eo veniſſet, munere docendi, diuerſis in locis, per ipſos xxvi annos, cum laude perfunctus. Vid. CL. Aug. Buchnerus. (a)

M. ANDREAS QVELMALZIVS, Coldic. Miſnicus, A. cIↄ Iↄcix, Non. Octobribus, Prorector, † poſt ſeptennium A. cIↄ Iↄc xvi, VI Id. Quintil. ardente febri.

M. HERMANNVS KOETTNERVS. Chemnic. Miſnicus, A. cIↄ Iↄc xvi, prid. Idus Decembres, Prorector, ſed A. cIↄ Iↄcxviii Eccleſiaſtes pomeridianus in aede D. Virginis.

M. GABRIEL LOESERVS, Freiberg. M. per triennium Coll. III, A. cIↄ Iↄc xiix, Prid. Cal. Decembr. Prorector, poſtea, ſtudium iuris amplexus, et, A. cIↄ Iↄcxxxiii, publicus imperii ſcriba, renuntiato tandem, A. cIↄ Iↄcxxvii, hoc munere, † A. cIↄ Iↄc xxxii, IIX Cal. Ianuarias.

M. ANDREAS MOLLERVS, Pegau. M. A. cIↄ Iↄc xxvii, IIX Iduum Iunii, ex Collega III, G. F. Prorector, cuius et vices initio geſſerat, conſtitutus, quam ſpartam ipſi *M. Gabriel Loeſerus*, reliquerat, Bibliothecae item publicae A. cIↄ Iↄc xxxi praefectus, ſexennio poſt, Medicinae Doctor Ienae renunciatus, muneri priſtino nuncium miſit, Phyſicus tandem Ordinarius Vrbis Freiberg. A. ∞ Iↄcliii deſignatus, † A. cIↄ Iↄclx, XII Cal. Febr.

M. PAVLVS HORNICAEVS, Rochlic. Miſn., A. cIↄ Iↄc xxxviii ineunte Prorector, tandem ad Sacerdotium Leunenſe, prope Martisburgum, A. cIↄ Iↄc xxxix, vocatus.

M. DAVID QVELMALZIVS, Freiberg. M. per ſeſqui-

(*b*) *in Progr. Acad. p. 214, ſqq.*

ſeſquiannum Coll. III, A. CIↃ IↃC XXXIX, III Cal. Nouembres, Prorector, poſtea Rector. v. S. R.

OTTO BENNEVVIZIVS, Freib. M. per triennium Coll. III, A. CIↃ IↃC XLII, XI Cal. Dec. Prorector, tandemque Rector. v. S. R.

M. NIC. GREFIVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃ CLII, IV Non. Maii, ab Ampliſſ. Patriae Senatu Prorector eſt vocatus, deinde poſt quinquennium Rector. v. S. R.

M. CHRISTIANVS FVNCCIVS, Ditmanſdorfii, haud procul Freiberga, natus, Gymn. primum Freiberg. Coll. III, et A. CIↃ IↃCLVII Prorector, tum A. CIↃ IↃCLX Altenburgenſis, et A. CIↃ IↃCLXVI Gorlicenſis, Scholae Rector, † CIↃ IↃCXCVI.

M. ANDR. BEYERVS, VValdkirch. M. A. CIↃ IↃC LXII Prorector, deinde Rector. v. S. R.

M. MICHAEL SCHIRMERVS, Freib. M. A. CIↃ IↃC LX Prorector, poſtea Rector. v. S. R.

M. IOANNES GREFIVS, Cygn. Miſnicus, cui, ob imbecillitatem valetudinis, poſtea datus eſt adiutor.

M. T. LIBIVS, Freib. M. Coll. III, poſtea A. CIↃ IↃCLXXX. Prorector, tandem Rector. v. S. R.

C. FRITSCHIVS, Zoeblic. Miſnicus, primum Coll. III, deinde A. CIↃ IↃCXCII Prorector, tandem Rector. v. S. P. et R.

ISRAEL BEYERVS, Blumau. Miſn. Praeceptor meus longe fideliſſimus, Vir Graece haud ſecus, ac Latine, doctus, initio Coll. V per quatuor annos, Coll. III per octo, Prorector A. CIↃ IↃCXCIX, per quinque annos. † A. CIↃ IↃCC IV, XVI Cal. Decembres, aet. LIII.

D M. SA-

M. SAMVEL MVLLERVS. Freiberg. Miſnicus, Praeceptor meus maximopere aeſtimandus, A. CIↃ IↃCCI, XII Cal. Febr. Miſenenſis primum oppidanae, poſtea, A. CIↃ IↃCCV, patriae, Scholae Prorector, Vir in bonis literis verſatiſſimus, atque de erudienda iuuentute modis omnibus promeritus, et adhuc merens.

# HYPODIDASCALI, SEV COLLEGAE III.

HIOBVS MAGDEBVRGIVS, Annaeberg. M. cum *Riuio* Freibergam profectus, A. CIↃ IↃ XXXVII, primus, poſt repurgatam a Luthero religionem, Gymn. Coll. III deſignatus, deinde, A. CIↃ IↃ XXXXIII, Miſenenſis Ludi illuſtris Coll. III, tum Miſena, A. CIↃ IↃ LXIX, Lubecam uocatus, per quinquennium Rectoris munus obiit, in aulam poſtea Mechlenburgicam Ioannis Alberti, Ducis, relatus, tandemque Freibergam eſt reuerſus, † ibidem A. CIↃ IↃ XCV, X Cal. Martias, aet. LXXVII. Vid. M. Ioannes Dietericus, (a) et CL. M. Godofr. Ludouicus, (b)

M. GEORGIVS KVHNIVS, Groſglogauienſis Sileſius, A. CIↃ IↃXLIII Collega III, et A. CIↃ IↃXLV in patria Diaconus.

M. PETRVS FABRI, Lomnicenſis Miſnicus, qui aliis et M. *Petri Avvermanni* nomine uenit, A. CIↃ IↃL Sacerdos VValterſdorfenſis, † ibidem A. CIↃ IↃLXVI.

M. IA-

(*a*) *in Diſſ. de Annaeb. et claris Viris inde oriundis, Lipſ. A. 1702, hab. p. 49, ſqq.* (*b*) *in Hiſt. Rect. Gymn. ſcholarumque celebr. p. 56, ſqq.*

M. IACOBVS FRANCKENBERGERVS, Freib. M. per annos VIII Coll. III, A. CIↃ IↃ LIIX, XV Cal. Apriles, ſcriba iudiciarius, † A. CIↃ IↃ LXI, X Cal. Dec.

M. MICHAEL HEMPELIVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃ LVIII, Id. Apr. Collega III.

M. BASILIVS ZEILINGIVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃ LXIIX, VII Idus Maias, Collega III. v. S. P.

M. LVDOV. VNGERMANNVS, Dreſd. Miſn. A. CIↃ IↃ XXCVII, VIII Id. Maias, † A. CIↃ IↃC XV, Id. Sextil.

M. GABRIEL LOESERVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃC XV, III Id. Nouembr. v. S. Pr.

GEORGIVS HAVSMANNVS, Mittvveid. Miſnicus, Poeta Laur. Caeſareus, in patria primum Schola Prorector, deinde, ab A. CIↃ IↃC XIX, XVIII Cal. Februarias, vſque ad A. CIↃ IↃC XXIV, XVII Cal. Sextiles, Freiberg. Gymn. Collega III, tandem Rector Dreſdenſis, † ibidem A. CIↃ IↃC XXXIX.

M. ANDREAS MOLLERVS, Pegau. M. per aliquot tempus Coll. III, praeerat muneri, ſed, cum Lector ſimul Linguae Ebraeae, vt ſupra dictum, et, ſingulis hebdomadibus, per aliquot horas in Claſſe I praelegeret, *M. Gabriel Loeſerus*, t. t. Prorector, in claſſe III, *Molleri* loco, iuuentutem erudire coepit. v. S. P.

M. GABRIEL SCHLEIFFENTAGIVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃ CXXVII, VIII Idus Maias, deinde, A. CIↃ IↃC XXXI, XVII. Cal. Apriles, Eccleſiaſtes Matut. ad D. Nicolai.

CHRISTOPHORVS STEPHANVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XXXI, poſt quinquennium Sacerdos Berthelſdorfenſis.

 M. PAV

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0017-3

M. PAVLVS HORNICAEVS, Rochlic. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XXXVI, IV Cal. Martias. v. S. P.

M. D. QVELMALZIVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XXXIIX, V Idus Februarias. v. S. P. et R.

OTTO BENNEVVIZIVS, Freiberg. M., Collega III per triennium. *v. S. P. et R.*

M. IOANNES FICKLERVS, Iglau. Morauus, A. CIↃ IↃC XLII, XI Cal. Decembres, G. F. Coll. III, A. CIↃ IↃCLII, Sacerdos Berthelsdorfenſis.

M. C. FVNCCIVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃCLII, v. S. P.

M. TOBIAS MULLERVS, Freiberg. M. Coll. III, ſed A. CIↃ IↃCLXXII, ad D. Petri Concionator Veſpertinus, A. CIↃ IↃC LXXXI ad D. Virginis a Concionibus merid. A. CIↃ IↃC XCV Paſtor ad D. Petri, † A. CIↃ IↃCXCIX, XI Cal. Febr.

IOANNES ERLEMANNVS, Freib. M. A. CIↃ IↃC LXXII, † A. CIↃ IↃC LXXV.

M. T. LIBIVS, Freiberg. *M. v. S. P. et R.*

M. IOANNES FRIDER. IVNGERVS, Miſen. M. A. CIↃ IↃCLXXX, poſtea A. CIↃ IↃCXXCIII, M. Iul. in illuſtrem ludum patrium ad idem munus uocatus.

C. FRITSCHIVS, Zoeblic. Miſn., A. CIↃ IↃC XXCIII, XIX Cal. Ian. *v. S. P. et R.*

ISR. BEYERVS, Blumau. Miſn., A. CIↃ IↃC XCII, *v. S. P.*

SAMVEL HASSIVS, Freiberg. M. Praeceptor olim meus exoptatiſſimus, Vir in omni literatura non ſegniter verſatus, antea Coll. VI, ſed, A. CIↃ IↃC XCIX, IV Id. Nouembr. Coll. III.

# CANTORES.

IOANNES HERMANNVS, Zittau. Luſatus, primus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0018-9

mus poſt inſtaurationem religionis, a Luthero fa-
ctam, Cantor, poſtquam Lipſiae ſub Pontificiis idem
munus per quinquennium adminiſtraſſet. A. CIↃ IↃXL
muneri hoc abdicato, ſtudioque iuris arre-
pro, A. CIↃ IↃXLI Quaeſtor eſt electus, cui tamen
quoque muneri cum poſt biennium valedixiſſet, per
nouennium Scriba iudiciarius fuit, ſibi poſtremo vi-
uens, † A. CIↃ IↃXCIII, X Cal. Maias, aet. LXXVIII.

VVOLFFGANGVS IVNGERVS, Seyd. Miſni-
cus, primum Thomanae apud Lipſienſes Scholae
per quadriennium, poſt, A. CIↃ IↃXL, V Non. Octo-
bres, Gymn. Freibergenſis, Cantor, A. CIↃ IↃXLVI
Groſchirmenſis Sacerdos, † ibidem A. CIↃ IↃLXIV,
IV Non. Martias, aet. XLVII.

MELCHIOR GRAVPIZIVS, Dreſdenſis Miſni-
cus, † lue peſtilentiali, A. CIↃ IↃLII, VII Id. Octobres.

IOACHIMVS GRAVPIZIVS, per quadriennium
Cantor, † A. CIↃ IↃ LVI, VII Cal. Nouembres, aet.
XXVII.

IOSEPHVS SCHLEGELIVS, VVilſdorf. Miſni-
cus, Cantor primum Palaeo Dreſdenſis, deinde, A.
CIↃ IↃLVI, XI Cal. Ianuarias, Scholae Freiberg. Can-
tor per ſeptem et triginta annos, † A. CIↃ IↃXCIII,
prid. Idus Maias, aet. LXIV.

SALOMON CVNELIVS, ex valle Ioachimica, per
ſeſquiannum, † A. CIↃ IↃ XCV, IV Cal. Febr. aet. XXVII.

IOANNES NEVHVSIVS, Einbec. Saxo, antea per
aliquod tempus Cantor Oederanus, hoc idem mu-
nus Freibergae, vſque ad A. CIↃ IↃCIII, VII Cal. Nou.
quo tempore Sacerdos Groshartmanſdorf. ordina-
tus eſt.

TOBIAS PRAETORIVS, Plau. Variſcus, perpau-

cis hebdomadibus in hoc munere exactis, † CIƆ IƆC IV, IV Non. Februarias, aet. XXXV.

CHRISTOPH. DEMANTIVS, Reichenberg. Miſn. Muſicus et Poeta ſcitus, A. CIƆ IƆCIV, XVII Cal. Maias, cum per ſeptennium Zittauiae Luſatorum Chori Muſici Moderator fuiſſet, Cantor Freiberg. eſt deſignatus, † A. CIƆ IƆC XLIII, XII Cal. Maias, aet. LXXVI, muneris XXXIX.

CHRISTOPH. FROELICHIVS, Romburgenſis Boiemus, A. CIƆ IƆCXL Scholae Dreſd. Regens et Baccalaureus, A. CIƆ IƆCXLIII, III Non. Iun. vocatus Freibergae Cantor, † A. CIƆ IƆC XXCI, VIII Cal. Octobr.

IOACH. ERNEST. SPANIVS, Freiberg. M., Vir in Muſica excellens, Froelichio ſeni datus initio adiutor, eidemque ſuffectus, † A. CIƆ IƆC XCIX, III Id. Mart.

IOANNES SAM BEYERVS, Gotha Turingus, pereximius rei Muſicae magiſter, cuius etiam inſtitutione hac in re ſum vſus, cum ante per aliquod temporis ſpatium VVeiſſenfelſ. fuiſſet Cantor, eidem muneri Freibergae praeficitur A. CIƆ IƆC XCIX, III Id. Nouembr.

# BACCALAVREI PRIMI.

VALENTINVS KVPFERSCHMIDIVS, Chemnic. Miſnicus, qui cum *G. Fabricio* Freibergam venerat, A. CIƆ IƆ XXVIII per quadriennium ibi commoratus, in patriam reuertit.

VVOLFGANGVS HEIDERICHIVS, Freiberg. Miſnicus, per biennium hoc functus munere, † A. CIƆ IƆ XLIV.

BASI-

BASILIVS KOEHLERVS, *ſ. Colerus*, Freiberg. Miſnicus, vſque ad A. CIↃ IↃ XLVI, poſt Altenbergenſium Paſtor.

CASPAR ZEVNERVS, Antiſtitis Freiberg. filius, per triennium in patria Baccalaureus, deinde Pappendorf. Sacerdos, † ibidem A. CIↃ IↃ LXV, XII Cal. Febr.

CASPAR MENZELIVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃ LV, † anno ſequenti.

MICHAEL IENISCHIVS, Freiberg. Miſnicus, poſt decennium Sacerdos Cleinvvalterſdorf.

PETRVS HEMPELIVS, Rectoris *M. Mich. Hempelii* frater, primum Baccal. II, deinde, A. CIↃ IↃ LXVII, Baccal. I, † A. CIↃ IↃ CXIX, III Id. Apriles, aet. LXXXII, muneris LXIII, exemplo fere ſingulari.

SEBASTIANVS REICHELIVS, Reinhartſgrimm. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XIX, cum per XII annos Bacc. II, et per biennium Succentor, fuiſſet, † A. CIↃ IↃC XLV, Id. Dec. aet. LXV.

CHRISTIANVS PESCHELIVS, Berthelſdorf. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XLVI, III Cal. Maias. Paſtor deinde Lichtenburgenſis in Miſnia.

GEORGIVS THRAINERVS. Freiberg. M. † A. CIↃ IↃC LXXIX. ipſis Cal. Nou.

IONAS BVTNERVS, Pretſchendorf. Miſnicus, A. CIↃ IↃC LXXIX. † A CIↃ IↃC XXCVII.

ISR. BEYERVS, Blumau. M. v. Ser. Coll. III et Pror.

GABRIEL FRANCKIVS, Freiberg. M. A. ∞ IↃC XCI, Vir in erudienda iuuentute vehementer occupatus.

BAC-

# BACCALAVREI SECVNDI.

VALENTINVS HICKMANNVS, poſtea VVilſdorf. Sacerdos, † ibidem A. ∞ IƆ LXVI.

GEORGIVS HEILIGGABIVS, per aliquod tempus.

CHRISTOPHORVS LVIA, vel *Eulogius*, per aliquot annos Baccalaureus, ſed A. ∞ IƆ LIV, Prid. Cal. Octobres, cum, ob famoſum, neſcio quod, ſcriptum, in quo *Caſpar Zeunerus*, Freiberg. Antiſtes, ſuggillatus fuerat, in ſuſpicionem veniſſet, exauctoratus, † A. ∞ IƆ LVIII, VI Cal. Iunias.

GEORGIVS KLETTIVS, Budiſſin. Luſatus, A. ∞ IƆ LIV, Non. Octobres, receptus, A. ∞ IƆ LVII, VI Idus Martias, muneri huic valedixit.

PETRVS HEMPELIVS, Freiberg. Miſnicus, per decennium deinde Baccal. II, ſed, aetate confectus, Baccal. II partes recipere, ſaluo tamen ſalario, coactus eſt.

ABRAAMVS KVNATHVS, ſ. *Cunadus* A. ∞ IƆ LXX, tandem Oberbobric. Sacerdos.

VVOLFGANGVS ROTA, Freiberg. Miſnicus, ab A. ∞ IƆ LXXIV, ad A. ∞ IƆ LXXXI, Bacc. II, eodem anno Poligraphus Sceudicenſis factus.

GEORGIVS KOEHLERVS, ſ. *Colerus*, Freiberg. Miſnicus, nouennio in hoc munere expleto, † A ∞ IƆXC.

MICHAEL HEMPELIVS, Freiberg. Miſnicus, A. ∞ IƆ XC, XVII Cal. Iunias, ſed A. ∞ IƆCIV dimiſſus.

STEPHANVS TRINCCIVS, Oſterburg. ex veteri Marchia, poſt triennium Peſtilentialis et a concionibus Veſpert. ad D. Petri.

SEBA-

SEBASTIANVS REICHELIVS, Reinharto Grimm. Miſnicus, A. CIↃ IↃC VII, XVIII Cal. Dec.

GEORGIVS HEVPTIVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XIX, Prid. Id. Sextiles, antea VViesenſtein. Cantor, et Freiberg. Gymn. per biennium Succentor, A. CIↃ IↃCXX, Prid. Cal. Nouembr. Scholae Biſchofsvverd. Cantor.

GEORGIVS IRRBISCHIVS, Freiberg. Miſnicus, ad D. Iacobi per XIV annos Cantor, et poſtea ſimul Baccal. II, per XXVIII annos, † A. CIↃ IↃC XLVIII, IV Id. Martias, aet. LXVII.

GEORG. THRAINERVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃC XLIIX, VII Id. Sextil. *v. S. Bacc. I.*

GEORGIVS HEROLDVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃCLII, † A. CIↃ IↃCXCIIX, XVIII Cal. Maias.

SAM. HASSIVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃC XCIIX, deinde Coll. III. *v. S. Coll. III.*

BENIAMIN PFEILIVS, Freiberg. M. A. CIↃ IↃC XCIX, IV Id. Nou. Vir omnem nauans operam, vt puerorum animis et pietatem, et literarum fundamenta, gnauiter inſtillet.

# SVCCENTORES.

*M. Michaele Hempelio*, A. CIↃ IↃ LVIII in Collegarum Gymnaſii numerum recepto, conſilioque *D. Hieronymi VVelleri*, quibusdam praelectionibus mutatis, nouus adhuc Scholae Collega, SVCCENTOR videlicet, eſt electus, qui claſſium inferiorum diſcipulos literis et canendi arte inſtitueret, atque, Cantore in aliis Vrbis huius templis Chorum Muſicū moderante, in aede Cathedrali vices expleret.

IOANNES LOEFFLERVS, Camicenſis, ab A. CIↃ IↃ LX, vſque ad A. CIↃ IↃLXVII, A. eodem Berthelſdorf. Sacerdos.

PAVLVS HOEPFNERVS, per triennium.

VVOLFGANGVS ROTA, Freiberg. Miſnicus, A. CIƆ IƆ LXX. Vid. Ser. Bacc. II.

G. KOEHLERVS, ſ. *Colerus*, Freiberg. Miſnicus, A. CIƆ IƆ LXXIV. Vid. Ser. Bacc. II.

ANDREAS SCHLEGELIVS, Ioſephi Cantoris, e fratre nepos, ab A. CIƆ IƆ XCI ad A. CIƆ IƆ XCIV.

MATTHIAS KLOEPPELIVS, Driptizenſis, A. CIƆ IƆ XCIV, per triennium.

CASPAR HOFFMANNVS, Annaeberg. Miſnicus, A. CIƆ IƆ XCVI, deinde patriae ſcholae Baccalaureus, tandemque Frauenſtein. in Miſnia Diaconus.

DAVID BRVCHLOSIVS, Breitenbach. cum per aliquot annos Succentor fuiſſet, improuiſo ex vulnere, quod lethiferum noctu in capite acceperat, † A. CIƆ IƆCIII, XIV Cal. Sept.

DAVID GOEPNERVS, VVeydenſis, ab A. CIƆ IƆ CIII, vſque ad A. CIƆ IƆCV, XII Cal. Febr.

SEBASTIANVS REICHELIVS, Reinhartſgrimmenſis Miſnicus, A. CIƆ IƆCV, Prid. Id. Febr. *v. Ser. Bacc. II.*

MATTHAEVS VVERNERVS, per ſexennium.

DANIEL CONRADVS, Granſouienſis, per biennium, poſtea VValdenburg. in Miſnia Cantor.

GEORGIVS HEVPTIVS, per biennium, poſtea VVieſenſtein. in Miſn. Cantor.

MATTHIAS CVTENIVS, Helmſtadienſis, A. CIƆ IƆCIIX, anno inſequenti Lipſiam adiit ibique Magiſter creatus, tandem Neo Brandenb. in Marchia Scholae Rector, † ibidem A. CIƆ IƆCXXVI.

IOANNES GLOCCIVS, VVeiſſenſ. Turingus, A. CIƆ IƆCXIX, deinde Vittembergam, melioris cultus gratia, profectus, aliquot poſt annis a concionibus aulicis Viduae Principis Anhaltinae.

CONRADVS GODEKENIVS, VValbeccenſis, ab

ab A. cIↃ IↃCXX ad A. cIↃ IↃCXXIII, A. eodem poſt ſacra Paſchatis ad munus Cantoris Kembergam in Sax. vocatur.

CHRISTOPH. STEPHANVS, Freib. Miſn. per biennium et ſemeſtre, Lipſ. deinde profectus, Freibergam ad munus Coll. III revocatus. v. Ser. Coll. III.

THEODORVS REGIVS, Budſtadienſis, poſt triennium, A. cIↃ IↃCXXVIII, huic muneri valedixit.

ADAM BAVDANVS, Leipp. Boiemus, A. cIↃ IↃCXXIX, per triennium, † A. cIↃ IↃCXXXII, IV Id. Nouembr.

STEPHANVS OTTO, Freiberg. Miſnicus, paulo poſt Cantor VViesenſtein.

IOANNES GELERVS, A. cIↃ IↃC XXXIII.

CHRISTIANVS SCHMIDIVS, Chemnic. Miſnicus, A. cIↃ IↃCXXXIV, ſequenti anno Cantor Grunthal. in Miſnia.

MICHAEL FVSIVS, Froburgenſis, A. cIↃ IↃC XXXVI, per aeſtatem.

CHRISTOPH. SPROESSINGIVS, Langenheinrichdorf. M. A cIↃ IↃCXXXVI, III Cal. Octobr. receptus, † A. cIↃ IↃCLX.

DANIEL BENISCHIVS, Doebel. Miſnicus, Organoedus et Cantor ad D. Iacobi, A. cIↃ IↃCXLI, XIX Cal. Septembres, vocatus, atque huic ſimul muneri poſtea praefectus, † A. cIↃ IↃCLXXVIII.

SAMVEL THAMMIVS, Freiberg. Miſnicus, † A. cIↃ IↃC XCVI.

IOANNES GEORG. SEIDELIVS, Schlettau. Miſnicus, A. cIↃ IↃC XCVI, A. vero cIↃ IↃC XCIIX, poſt Sacrum Paſcha, , ſtudiorum cauſa Academiam adiit, et, A. cIↃ IↃCC, Freibergam reuerſus, priſtino muneri eſt praefectus, ſed A. cIↃ IↃCCII Tſchopauienſis in Miſnia vocatus Cantor.

GABR. GOTTL. SCHNEIDERVS, Pretſchenſ. S. A. cIↃ IↃC XC VIII.

CHRIST. BRVCKNERVS, Streckenvvald. Miſn. A. cIↃ IↃCCII.

ADAMVS CHRISTIANVS HELMRICHTIVS, Berthelſdorf. Miſn. A cIↃ IↃCCIII, iam Cantor Brand. in Miſnia.

IOANNES CHRIST. RICHTERVS, Freiberg. M. A. cIↃ IↃCCV.

IOANNES MART. GRAVELIUS, Friderichroda Turingus, A. cIↃ IↃCC IX, VI Cal. Iun.

# COLLABORATORES.

Cum, A. cIↃ IↃC XLII, D. *Pauli Sperlingii*, Antiſtitis, ceterorumque Gymnaſii Inſpectorum, arbitrio, Gymnaſium in claſ-

X 2972677

ſes diuiſum eſſet octo, vt ex Gymn. diſcipulis quidam COLLABORATORIS munere fungeretur, conſtitutum eſt.

SAM. SEYFRIDVS, VVolckenſtein. Miſnicus, A. CIↃ IↃC XLIII.

IO. BARTHOLOMAEI, Grimmenſis Miſnicus, A. ∞ IↃC XLIV.

GEORG. LOSSIVS, Pretſchendorf. Miſn. A. CIↃ IↃC XLV.

PETRVS SCHARSCHMIDIVS, Schoenfeld. A. CIↃ IↃC XLVI.

CHRISTIANVS KESLERVS, Zeichfeldenſis, A. CIↃ IↃC XLIX.

IOANNES OTTO, Doebelenſis Miſnicus, A. CIↃ IↃC LI.

IOANNES ERNESTVS KLEMMIVS, Freiberg. Miſnicus.

GEORG. ERNESTVS VVEINOLDVS.

IOANNES ARNOLDVS.

IOANNES DANIEL RIEDELIVS, Freiberg. M.

FRIDER. TRAVSOLDVS. Groshartmanſd. Miſnicus.

IOANNES GODOFREDVS MEY, Loſnicio Miſnicus.

FRIDMANNVS KVPFERVS, Ortrando Miſnicus, iam Cantor Radeburg. in Miſnia.

IOANNES ANDR. KRAVSIVS, Freiberg. Miſn. A. CIↃ IↃCCIII.

GODOFREDVS VVAGNERVS, Iutreboc. Saxo, A. CIↃ IↃCCV, fere per annum.

CHRISTIANVS RVPERTVS, Brand. Miſnicus, A. CIↃ IↃCCV.

IOANNES ANDR. LVTERVS, Freiberg. Miſnicus, A. CIↃ IↃCCVII, III Id. Apriles.

* * *

Atque haec fere ſunt, B. Lector, quae de inclyti ac percelebris apud Freibergenſes Gymnaſii Collegis, quantum quidem ex *Theatr. Freib. Chr.* Experientiſſ. *D. Andreae Molleri*, et G. ibidem *Tabulis*, decerpere mihi licuit, recenſere ſum conatus, nihil magis deſiderans, quam, vt, inde ab Gymnaſii conditu, omnia paullo eſſent diligentius conſignata. Licet enim Collegarum dictis in locis nomina recenſeantur, de patria tamen ipſorum, de munere, morte, nulla ſaepe mentio fieri ſolet. Sic, p. 291, *D. Mollerus* Annalium MSS. *Laurentii Fleiſcheri*, A. CIↃ IↃCXVI nati Freibergae, ibidemque poſtea Conſulis, meminit, in quibus ſcripſerit, aetate ſua *M. Lintacherum*, *M. Bachul*, *M. Ottenbachium*, et *M. Hirſchlicherum*, vel *Hirſchbergerum*, Gymnaſio praefuiſſe, nihil tamen exploratum ſeſe de muneribus ipſorum habere, ipſe cogitur fateri. Quare, B. L. ſi Tibi forte hac in re nec ego fecerim ſatis, me, quantum fieri potuit, Gymnaſii Collegas enumeraſſe, contendo, vltra tamen vires poſſe obligari, vel debere, neminem, haud ignorabis.

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0026-3

h. 101,3

Yb 609

# SERIES
COLLEGARVM INCLVTI GYMNASII FREIBERGENSIS IN MISNIA AB A. CIↃ IↃ XIV VSQVE AD A. CIↃ IↃ CC IX CONGESTA

A

M. GODOFREDO VVAGNERO

IVTREBOC. SAX.

---

VITTEMBERGAE IN SAXONIBVS
EX OFFICINA KREVSIGIANA
A. C. CIↃ IↃ CC IX

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-684853-p0027-9